asseruaturi, vel à nobis mercatari, quando intensentia pro ardo
re, aëra grassante, aut æstiuis caloribus eos penè comburentibus
subterranea petere loca, ac portus et fornices intrare, aliisque
grauissimis incomodis, ac corporum molestiis per nimios
ardores miserè dirupati suspirare, et tantum non expirare subin
dè coguntur. Iam verò ad alias hyemis utilitates descendamus.
Quis labor inutilis est, ac inanis, nisi qui pro vitiis ac scele
ribus laboratur? qui in potationibus ac mensis desudatur? At
verò virtutem ad omnia utilem esse, nemo est qui ignoret, nisi
is qui ipsam virtutem nesciat: sine labore, ac perpetua
quadam actione et agitatione omnia in suam perniciem interitumque
vergunt; denique sine virtute vanissima sunt omnia. Si duo
tam immensa bona, laborem scil. ac virtutem, tam necessaria, tam saluber
rima, quando facilius obtinere, securiusue obtinere pos
sidere, nobis concessum esse putatis quam in ipsa hyeme?
Ac mihi quidem non malè opinarè, ac persuasum planè
habere videor, ipsam infinitam Sapientiam, Dei Filium ad nos
descendere in hyeme; in hyeme nostram operari salutem; in
hyeme fatale lignum conscendere voluisse, ut nos instrueret
nullum ad honestissimos labores, virtutesque exercendas tam
aptum tempus esse, quam ipsam hyemem. in æstate siquidem
æstiui calores adeò graues esse solent, ut corpora liquefacta
dissoluant; viribusque eorum resolutis, dispersis ac diffluentibus
ad labores inutilia reddant. ita ut fortissimis etiam viris
iniuriam facere; et pauperibus, qui quotidianis laboribus
viuunt, grauissima infligere tormenta; iis verò quorum
natura ad quietem magis quam ad laborem nata est, egregium vitam
in comessatione, ignauia, frigidisque compotationibus tran